



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 9011860X**

§. 65. Canones de Sacrificio Missæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66641)

§. LXV.

Sæcul. XVI.

A. C. 1562.

*Canones de Sacrificio Missæ.*

C A N O N .

I.

„Si quis dixerit, in Missa non offerri  
„Deo verum, & proprium sacrifici-  
„cium, aut quod offerri non sit aliud,  
„quam nobis Christum ad manducan-  
„dum dari; anathema fit.

II.

„Si quis dixerit, illis verbis: *Hoc*  
„facite in meam commemorationem, Chri-  
„stum non instituisse Apostolos Sacer-  
„dotes, aut non ordinasse, ut ipsi, alii-  
„que sacerdotes offerrent corpus, & san-  
„guinem suum; anathema fit.

III.

„Si quis dixerit, Missæ Sacrificium  
„tantum esse laudis, & gratiarum a-  
„ctionis, aut nudam commemora-  
„tionem sacrificii in cruce peracti, non au-  
„tem propitiatorium, vel soli prodesse  
„sumenti, neque pro vivis & defunctis,  
„pro peccatis, pœnis, satisfactionibus,  
„& aliis necessitatibus offerri debere;  
„anathema fit.

IV.

„Si quis dixerit, blasphemiam ir-  
„rogari sanctissimo Christi sacrificio in  
„cruce

Sæcul XVI. „cruce peracto, per Missæ sacrificium,  
A.C. 1562. „aut illi per hoc derogari; anathema  
 „ma sit.

## V.

„Si quis dixerit, imposturam esse  
 „Missas celebrare in honorem Sancto-  
 „rum, & pro illorum intercessione apud  
 „Deum obtainenda; anathema sit.

## VI.

„Si quis dixerit, Canonem Missie  
 „errores continere, ideoque abrogari  
 „dum esse; anathema sit.

## VII.

„Si quis dixerit, cæremonias, ve-  
 „stes, & externa signa, quibus in Mi-  
 „ssarum celebratione Ecclesia catholica  
 „utitur, irritabula impietatis esse ma-  
 „gis, quam officia pietatis; anathe-  
 „ma sit.

## VIII.

„Si quis dixerit, Missas, in quibus  
 „solus Sacerdos sacramentaliter com-  
 „municat, illicitas esse, ideoque abro-  
 „gandas; anathema sit.

## IX.

„Si quis dixerit Ecclesiæ Romane  
 „ritum, quo submissa voce pars Cano-  
 „nis, & verba consecrationis proferun-  
 „tur, damnandum esse, aut lingua tan-  
 „tum vulgari Missam celebrari debere,  
 „aut aquam non miscendam esse vino  
 „in



„in calice offerendo, eoquod sit contra Sæcul. XVI.  
 „Christi institutionem; anathema sit. AC. 1562..

Promulgatis hisce fidei definitionibus prælegebatur decretum de omnibus illis rebus, quæ in Missæ celebratio-  
 ne vel oblervanda, vel evitanda sunt.  
 Hoc autem Decretum his erat conce-  
 ptum verbis:

### §. LXVI.

#### *Decretum de observandis & evitandis in celebratione Missæ.*

„Quanta cura adhibenda sit, ut sacro-  
 „sanctum Missæ Sacrificium omni  
 „Religionis cultu ac veneratione cele-  
 „bretur, quivis facile existimare pote-  
 „rit, qui cogitarit, maledictum in fa-  
 „cristis literis eum vocari, qui opus Dei  
 „facit negligenter. Quod si necessario  
 „saremur, nullum aliud opus adeo San-  
 „ctum ac divinum a Christi fidelibus  
 „tractari posse, quam hoc ipsum tremen-  
 „dum mysterium, quo vivifica illa ho-  
 „stia, qua Deo Patri reconciliati sumus,  
 „in altari per sacerdotes quotidie im-  
 „molatur: satis etiam apparet, omnem  
 „operam & diligentiam in eo ponen-  
 „dam esse, ut, quanta maxima fieri pot-  
 „est, interiori cordis munditia & pu-  
 „ritate, atque exteriori devotionis ac  
 „pietatis specie, peragatur. Cum igi-

Hist. Eccles. Tom. XLV. Z. tur